Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



186

na. diuisi. tres in duo. & duo in tres diuidentur.
pater in filium. et filius in patrem suum. mater in filiam. et
filia in matrem. socrus in nurum suam. et nurus
in socrum suam. In uig. Petri et Pauli. l. actuum a.
In diebus illis. Petrus et iohannes ascende
bant in templum. ad horam orationis
nonam. Et quidam uir qui erat claudus
ex utero matris sue baiolabatur. quem ponebant
cottidie ad portam templi que dicitur speciosa. ut
peteret elemosinam ab introeuntibus in templum.
Is cum uidisset petrum et iohannem incipientes
introire in templum. rogabat ut elemosinam ac
ciperet. Intuens autem in eum petrus cum iohanne
dixit. Respice in nos. At ille intendebat in e
os sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem
dixit. Argentum et aurum non est mihi. quod autem
habeo hoc tibi do. In nomine ihesu xpi nazare
ni surge et ambula. Et apprehensa manu eius
dextra. alleuauit eum. Et protinus consolidate
sunt bases eius et plante. & exiliens stetit et am
bulabat. Et intrauit cum illis in templum.